



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas**

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ Agrippinæ, [ca. 1708]**

XX. Aprilis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50961](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50961)



S. Agnes Politiana Virgo, ab infantia paternæ domus angulos quærebat, ut attentius Dei Matrem coleret, triennis salutationem Angelicam è memoria recitabat, novennis monasterium ingressa, quinque super decem annos in pane & aqua jejunavit; ubi lupanar steterat, Dei Matri templum erexit; Jesulum ei Deipara in sinum dedit, morienti Angeli adstitere, & ad cælum deduxere. *Hist. Ord.* Ibi virginum Patria est.

S. Virgo Agnes post quindecim annorum in pane & aqua jejunium, à Dæmonibus in corvorum figura presentibus frustra tentata, magno cum solatio fati defuncta, memor esto mei, de mortis hora, & momento adhuc incerti, & hanc apud Deiparam gratiam impetra, ut Angelorum, & eorum Reginae cultui addictus vivam, & in agone constitutus eorum refici solatiis merear. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusq; tam corporis, quam animæ &c. *fol. 2.*

Ad quod impetrandum: cum hodierno P. Cusano S. J. litanias de B. V. in domibus ab omnibus domesticis recitandas, ubi occasio feret, proximè suadebo.

Sola cogitatio Dei Matris me rapit, quid ejus presentia faciet? *B. Petr. Dam.*

Quæstio: Num Deipara desiderarit citius mori, ne videret Filii passionem? *v. Sverfser de B. V. Dolorosa c. 3.*